

Liber Secundus

Vel quod naturam spirituales habet sensus dum sentit memoria dum recordatur voluntas dum assentit. Hec nomina diuersa sunt anime non propter entitatis pluralitatem sed propter effectuum et operationum multipliciter. Dicit etiam anima ab a quod est sine et mene quod est sanguis eo quod sit sine sanguine. Vel dicitur ab a et mene quod est tribuere eo quod anima vitam tribuat.

A De triplici anima. Caplm. xxxij. **A**nima est triplex scilicet vegetare sentire ratioari. Et secundum hoc distinguitur anime potentia triplex scilicet vegetabilis sensibilis rationalis. De quibus Ambrosius dicit quod anima vegetabilis appetit esse sensibilis bene esse. Rationalis autem optime esse. Et ideo nunquam quiescit quousque optimo coniungatur propter hoc vi amoris in deum mouet tamquam ad centrum ut in ipso summe delectetur. Hec tres potentie in diuersis subiectis tres anime dici possunt. Nam anima vegetabilis est in plantis sensibilis in brutis rationalis in hominibus. In homine autem potestesse tres anime una sunt entia scilicet dicitur in potentijs. Nec obstat quod in homine successive ac in diuersis temporibus manifestantur. Hec enim est a virtute formata que rationabiliter potest disponit ad vitam quam ad sensum et potest ad sensum quam ad rationem. presertim cum natura non inest sed paulatim et successive operatur. Cum autem anima rationalis in fundis corpori tunc potestesse potentie primo infunditur et non habet actiones suas deinceps a virtute formatas sed ab ipsa anima. Anima quoque primas duas potentias scilicet vegetabilem et sensibilem exercet tunc in corpore. Terciam vero habet etiam exuta a corpore. Anima vegetabilis et sensibilis non dicitur dici in homine sed potentie. Nec anima vegetabilis dicenda est anima in sensibili sed potentia.

A De potentia anime vegetabilis. Caplm. xxxij. **A**nima vegetabilis tres habet potentias scilicet generatiuam nutritiuam et augmentatiuam. Prima est ad conseruationem speciei. Secunda est ad conseruationem individui. Tercia est ad conseruationem seu perfectionem subiecti. Virtuti enim nutritiue quatuor deseruiunt scilicet virtus attractiua que assuimit necessaria in nutrimento. Item digestiua que separat conueniens ab inconueniente in alimento. Item retentiua que cibum tamdiu retinet in uno loco donec debitam recipiat alterationem. Item expulsiua que expellit quod superfluum est in nutrimento. sed ante has omnes est appetitiua.

A De potentijs apprehensiuis anime. Caplm. xxxij. **A**nima sensibilis duplicem habet potentiam scilicet apprehensiuam et motiuam. Apprehensiuam diuidit in apprehensiuam de foris et in apprehensiuam de intus. Virtutes apprehensiuas de foris sunt quique sensus particularis siue exteriores scilicet visus et auditus etiam apprehensiuas sunt quique potentie interioris anime sensibilis qui sunt sensus communis ymaginatio estimatio fantasia et memoria. Tradunt hypothetici omnes istas vires organicas esse et quod per instrumenta corporalia suas operationes perficiunt eo quod sunt circa particularia tantum. Omnis enim forma particularis in materia aliqua est quod forma sine omni